

CAESAREAE LEOPOLDINO-CAROLINAE ACADEMIAE  
NATVRAE CVRIOSORVM

PRAESES

VIRO PERILLVSTRI, CELEBERRIMO, EXPERIENTISSIMO,

ROBERTO DE VISIANI,

MEDICINAE DOCTORI, IMPERIALIS ET REGIAE ACADEMIAE SCIENTIARVM ET ARTIVM PATAVINAE PRAESIDI, BOTANICES IN VNIVERSITATE  
LITTERARVM PATAVINA PROFESSORI, HORTI MEDICI DIRECTORI REL. REL.

S. P. D.

Quod statim a primordiis suis symbolum sibi elegit Academia nostra: NVNQVAM OTIOSVS, hoc ipsum ut cuncti, in eandem recepti vel recipiendi, sedulo observarint et perpetuo observent, vehementer exoptat; atque illud quoque de iis, quos noviter ad collegium suum invitat, aut qui generoso instinctu ad societatem feruntur, aut qui a collegis commendati sunt, subsumit. Sunt enim inexhaustae rerum naturae, et medicae scientiae, et artis divitiae, ut cuilibet prostet aliquid, in quo industria se exerceat. Atque quum unius hominis, aut paucorum, non sit, in tantum tamque amplissimum campum excurrere et cuncta in eo perscrutari, et sint mille rerum species, et rerum discolor usus: utique complurium bonarum mentium inclinatione, labore strenuo et consociatione opus est. Quapropter non poterit non exoptatus gratusque evenire nobis accessus Tuus, Vir excellentissime et experientissime, quo magis eruditio Tua, et in perscrutandis Naturae operibus admirandis studium, non nobis solum, sed toti orbi litterario cognita perspectaque iam existunt. Esto igitur, ex merito, nunc quoque noster! Esto Academiae Caesaruae Naturae Curiosorum decus et augmentum, macte virtute Tua et industria, et accipe, in signum nostri ordinis, cui Te nunc adscribo, ex antiqua nostra consuetudine cognomen **B O C C O N E**, quo collegam amicissimum Te hodie primum salutamus. Salve in consortio nostro! Salve, inquam, et effice, ut in posterum Tua, nunquam otiosa, suavi doctaque sodalitate laeti frui diu queamus. Vale.

Dabam in Vniversitate litterarum Bratislaviensi d. XV. Octobris a. MDCCCXLIV.

CHRISTIANVS GODOFREDVS NEES AB ESENBECK,

Medicinae et Philosophiae Doctor, Ordinis Borussiae Aquilae Rubrae III. Class. laetitia ornati,  
Magni Ducis Saxo-Viraniensis Ordinis Falconis albi et Magni Ducis Badenensis Ordinis  
a Leone Zähringensi cognominati Eques,

Academiae Imperialis Naturae Curiosorum Praeses,

Botanices in Vniversitate Litterarum Bratislaviensi Professor publicus ordinarius,

Horti medici Director,

Facultatis medicae Regiae Vniuersitatis scientiarum Hungaricae Pesthinae et Academiae

Medicae Chirurgicae Vindobonensis Membrum,


Collegii virorum, ad amplificandum Museum Regni Bohemici patriam constituto, Societati  
Imperiali et Regiae Medicorum Vindobonensium, botanicae Edlenburgensi, Lyceo historiae  
naturalis Nöcheranensis, et Societati Silesiacaе, culturae patriae studiosae, honoris causa  
nec scriptus.

Imperiali Academiae Scientiarum Petropolitanae et Regis Academiae Turinensi, Neapolitanae  
ac Monacensi, Academiae scientiarum physicarum Philadelphicae, Societati Regiae scientiarum  
litterarum et artium Antwerpensi, Medicae et Physicae Bruxellensi, Goettingensi, tum Societati  
Muri historiae naturalis Argentoratensi litteris coniuncta,

Virorum Horticulturae studiosorum Londinensium, Vindobonensium et Holmiensium Socius,  
Societatis Amicorum Naturae Scrutatorum Berolinensis et Naturae Scrutatorum Helvetorum,  
Physico-Medicae Erlangensis, Linnaeae Londinensis et Parisiensis, Physicae et Chemicae  
Groningensis, Caesareae Naturae Curiosorum Mosquensis, Naturae scrutatorum Halensis,  
Gedlensis, Norimbergensis, Lipsiensis, Gerlitensis et Senckenbergianae Frankfurtensis, Bota-  
nicae Ratisbonensis, Londinensis et Gandarensis, Physiographicae Lundensis, Entomologicae  
Londinensis, Microscopicae Jenensis, Physicae et Medicae ad Rhenum inferiorum, Physicae  
et Medicae Dresdensis, tum Societatis Naturae Historiae litterarum et artium, Wettericae, ad  
promouendam Historiam naturalem invitae, et Marburgensis Sodalis,

Conseilii Regii Agriculorum Bavariae Membrum ordinarium,

Regiae Societatis oeconomicae, in Marchia Borussiae constitutae, Electoralis oeconomicae  
Hassinae, Regiae Societatis, cui Horticulturae, in Regno Borussiae, et eius, cui in Hollandia  
Horticulturae amplificandae cura est, Foederisque Pharmacopoeorum Bavaricorum, Guestphalicae  
litterarum et Bavariae Rhenanae Societas honorarius.



1817  
V. 17

5/1  
25

Castor  
2 1/2

à Monsieur

Monsieur le Chevalier de Visiani,  
Président de l'Académie Impériale  
et Royale des sciences et des arts

Appaisé  
de l'Académie impériale  
Leopoldina Carolina Nat. Cur.

à  
Padoue  
Pasqua



N<sup>o</sup> 227